

IOSEPH SCALIGER QVOD DE AVCTORIBVS DIXIT

ARISTOPHANES bonus auctor Atticus & primus legendus. Nec se quisquam jactet Atticismum intelligere, qui hunc ad unguem non teneat. Certè nullus est qui melius apud Græcos et Latinos loquatur ipso Aristophane, ut nec apud Latinos Terentio.

BÆTHIVS totus legendus est, magnus quippe Philosophus & Poëta eximius, phrasin Neroniani temporis imitans.

CATVLLVS observantissimus vel morosissimus observator puritatis Latinæ linguæ.

CICERON, in epistolis ad Atticum a des sentences entrecouppées, parce qu'il escrit des secrets, c'est le plus bel Auteur Latin que nous ayons, les belles choses qu'il y a là dedans.

Libros omnes Philosophicos Ciceronis nihil facio; nihil enim est in iis quod demonstret & doceat ac cogat, nihil Aristotelicum; ut nec apud Plutarchum, qui aulicis tantum scripsit non doctis.

CLAVDIANVS elegantissimus Poëta quam præclara habet in 4 Consulatu Honorii.

ENNIVS poëta antiquus, magnifico ingenio. Utinam hunc haberemus integrum, & amississimus Lucanum, Statium, Silium Italicum et tous ces garçons-là.

HORATIVS emendatissimus auctor, ut dicebat Augustus.

JVENALIS excellens, et ou il y a de belles choses. Satyræ tragicæ. Miror autem cur se dicat scripsisse stylo Lucilii, nam nihil est dissimilius, et phrasi Horatianæ.

Juvenal est un admirable Poëte, il y a de belles choses à dire la dessus, c'est un si beau Poëte au prix de Perse, qui s'est plû à écrire obscurement.

LVCANVS violentissimum et terribilissimum ingenium. Il en avoit trop, & ne se pouvant retenir, il n'a sçu que c'estoit que faire un Poëme.

LVCRETIVS, bonus liber est, nec melior alius Auctor linguæ Latinæ. Virgilius ab eo multa desumpfit.

AMMIAN MARCELLIN est bien scabreux.

Ego dico de **MARTIALI** quod ipse dixit de se ipso:

*Sunt bona, sunt quædam mediocria, sunt mala plura,
Quæ legis, atque Aliter non fit Avite liber.*

OVIDII facilitas est inimitabilis.

PAVSANIAS Grec est bon.

PHILO JVDÆVS mirabilis auctor est, & lectione dignissimus. Mirabilior & antiquissimus Pimander Mercurii Trismegisti. Hebraismi tamen adeo

imperitus fuit Philo, ut tyrunculi Christianorum, nedum Judæorum, possint eum in partes vocare.

PLAVTVS ET TERENCEVS optimi auctores linguæ Latinæ, quorum phrasi loquendum est.

PLINIVS ἱστορικῶς tantum φυσικὰ, ut et alia fere omnia tractavit, nil exacte: sed optimus auctor est, minimeque vulgaris; ideo non mirum si tantum auctorem vulgus improbet.

PLVTARCHVS totius sapientiæ ocellus.

PROPERTIVS castigatissimus Auctor, & facundissimus, à me emendatus est.

SENECA Moralis Philosophiæ primas tenet. Dignissimus qui semel atque iterum legatur, & fidei memoriæ commendetur.

SENECA, POËTA, bonus auctor est; tamen Tragœdiarum character non est exigendus ad veterem cothurnum. Novus character est à temporibus Augusti.

SILIVS ITALICVS Cuisinier. Dixit quod alii omnes & male, non bonus auctor, legendus tamen ut vetus.

TERTVLLIANVS semper in manibus habendus, accurateque legendus est, tum propter linguæ Romanæ proprietatem, tum propter disciplinarum ac litterarum omnium cognitionem; fuit enim Doctor omniscius et argutus, qui illotis manibus tractandus non est, nec obiter legendus; ubique enim remoratur lectorem. Tertullianus certe excellentissimus auctor est in omnibus. Nemo est in tota Gallia qui Tertulianum tam bene intelligat, & qui tam accurate legerit, atque ego.

TIBVLLVS terfissimus ac nitidissimus Poëta fuit.

Unicum **VARRONEM** inter Latinos habemus libris tribus de Re Rustica qui vere ac μεθοδικῶς Philosophatus sit; imo nullus est Græcorum qui tam bene, inter eos faltem qui ad nos pervenerunt. O excellens opus, ex quo qualia eius reliqua erant opera, conjectare quis potest! sed quod mirum, non minus in Pœsi valuisse, fragmenta pœmatum indicant.

De **VIRGILIO** nunquam loquendum, nam omnes omnium laudes superat.

Virgilio Georgica sunt admirabilia, habet ex Aristotele. Æneis non est correctæ ut Georgica, & erat compositurus 24 libros ut Homerus. Omnes veteres hoc dicunt, propterea iussit comburi illos libros, ergo ibit in ignes.

*Pauci Latine et Romane loquuntur, multi Gram-
maticæ, ut Germani plurimi. Multi versificatores
etiam, pauci poëtæ.*